



2806

1766, 29.

SPECIMEN
CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

AN

IVSTE EXHEREDATVS FILIVS

SVCCEDAT

RESCISSO PATRIS TESTAMENTO

A FILIO ALTERO INIQVE EXHEREDATO

QVOD

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISEVVRG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XI. OCTOBR. ANNO MDCCCLXVI.

DEFENDET

CAROLVS GOTTFRIED VETTER

DROCHA LVSAT.

LIPSIAE

LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.



SEPTIMEN
CAPIT. IVARIS. CONTROVERSIAM
IUSTE EXHEREDATUS FUISS
RESCISSO PATRIS TESTAMEN
A FILIO ALTERO INIUSTE EXHEREDATO
ILLUSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREYNING
PROFESSOR ORDINIS IUR. NAT. ET CIVIT.
ET SOCIETAT. LITTE. PUBLICE.
IN AVDIKTORIO PETRINO
DIE XI OCTOB. ANNO MDCCCXXVI
CAROLVS GOTTFRID. VETTER
L I B R A R
LITTE. PUBLICE. FACULT. IUR.





AN
FILIVS IVSTE EXHEREDATVS
SVC CEDAT
RESCISSO PATRIS TESTAMENTO
A FILIO ALTERO INIQVE EXHEREDATO.

§. I.



Rigor ille, quem antiqua iura permittebant Romana, quo patri liberum esset, exheredem scribere filium, quodcumque vellet, nec addita quidem causa, effecit sine dubio, ut pater familias suae rei, qualis et filius videbatur respectu patris, recte legem scribere posset. Putat quidem TROTZ in *Notis ad Hu-*

A 2

gonem



gonem de prima scribendi origine p. 387. opus fuisse ante Iustiniani tempora, ut, si filium exheredem scriberet pater, *elogium* adderet. Neque desunt exempla eiusmodi exheredationum, v. c. apud AFRICANVM in *L. 14. §. 2. ff. de liber. et postb.* et praecipue apud VLPIANVM in *L. 3. ff. eodem.* Reddit hanc opinionem probabilem, quod officii esse videtur, nihil agere, ad quod agendum non adsit probabilis causa. At contrariam fouet opinionem *Euerb. OTTO* in *Not. ad I. de Exhered. liber.* scil. quod ante Iustiniani tempora necessarium non fuerit, exheredationi addere *elogium*. Sane hanc iuuat sententiam, quod nulla extet lex expressa antiquior, quae hoc praecipiat.

§. II.

Temperauit tandem hanc paterni iuris licentiam Ius Iustinianum, comprobando causas definitas, ex quibus tantum patri liceret, exheredem scribere vel nuncupare filium, quarum veritatem heres institutus probare debebat. Rescindebatur itaque testamentum patris, si ea, quam posuerat, causa ab herede non probaretur. Poterat ergo exheredatio fieri iuste, non tantum, quoad internam exheredationis rationem, si scilicet legitimam exheredationis causam allegasset, sed et quo ad externam, si scilicet ea posita ab herede posset probari. Et haec sane exheredatio perfecta erat atque effectum sortiebatur. Contra vero, quae quoad interna

na



na iusta videbatur, non vero aeque quoad externa iusta erat, quam iniquam Pragmatici dicunt, non poterat producere effectum illa exheredatio. Sed multa in hanc rem dixit *van der POLL de exheredat. Liberor.*

§. III.

Praemissis his, quae ad causae intellectum pertinent, iam ipsum referam thema propositum controuersum. Pater, duos habens filios, condiderat testamentum, inque hoc utrosque filios exheredes scribebat, vnum iuste ex omni parte, alterum vero non aeque, sed causam scripserat, quam heres postea probare nequibat. Hic filius alter instituta quaerela inofficiosi testamenti, cum heres causam non probaret in testamento expressam, obtinuit, et rescinditur testamentum paternum. Alter filius iuste exheredatus causam, qui, quam veram sciebat, agere inofficiosi noluerat; postquam audiuerat, rescissum esse a fratre testamentum, suam quoque a fratre hereditariam portionem petebat. Quaesitum est, *an, eum iuste exheredatus fuisset, ad dimidiam portionem admittendus esset.*

§. IV.

Prouocant quidem, qui negant, admittendum esse ad dimidiam portionem, ad *L. 10. §. 4. de bonor. possess. contra tabulas.*

Dixerat *VLP IANVS: Liberi, qui contra tabulas habere non possunt,*





nec partem faciunt, si per alios committatur edictum; quo enim bonum est, eis fauere, ut partem faciant nihil habituris. Imo in rem suam eundem DOMITIVM citant in *L. I. §. 5. π. de coniung. cum emanc.* ob verba: *exheredatus pro mortuo habetur.* Iuste exheredatus itaque non potest petere bonorum possessionem contra tabulas; concludunt: ergo nec partem facit in hereditate. Amplius, cum praemortuo heredi nunquam aliqua portio fieri possit, potius eius portio cohaeredi accrescat, concludi posse videtur, cum exheredatus pro mortuo sit habendus, eius deficientem portionem cohaeredi accrescere. Praeterea cum iuste exheredatus sit, exheredatione vero eidem omne ius succedendi ademptum sit, videtur yrtique ad hereditatem postea non admittendus.

§. V.

Sed falua res est! videamus, an vtraeque leges in proposita specie quidquam probent. Quod enim ad *L. 10. all.* spectat, facile patet, non hic agi de rescisso testamento, quod interueniente colore insaniae testatoris infirmatur, ac si testandi facultate destitutus fuisset, qui testamentum condiderat; sed de bonorum possessione, quae contra testamenti tabulas dabatur. Et magis intelligenda de iis liberis, quibus succedendi ius non competit, veluti de naturalibus, illegitimis, aut, si mauis, de arrogatis, adoptatisue, iterum emancipatis, hi cum ius bonorum possessionis petendae



tendae non habent, si alii adsint, qui hoc beneficium Praetoris
obtinere possunt, utique partem non faciunt.

§. VI.

Dein, quod ad *L. 1. cit.* pertinet, equidem negari nequit,
exheredatum non amplius vivere censei; sed nec haecce regula
ad praesentem causam trahi poterit. Agit enim de successione
testata, atque faciendis portionibus in hereditate diuidenda. At
vero, hic non succeditur ex testamento, hoc enim rescissum.
Ergo exheredatus quoque pro mortuo haberi nequit.


§. VII.

Vis itaque argumenti, quo probari potest: exheredatum
admitti posse ad ipsam partem hereditatis, in hoc posita est. Ex-
heredatio enim est accessoria quaedam pars testamenti, a cuius
valore ipsa exheredatio pender. Quapropter, corruente testamen-
to, in quo exheres filius scriptus est, tanquam principale, eius
quoque accessoria pars corrui, ipsa scilicet exheredatio. Filius
itaque, qui exheredatus erat, iam, rescisso testamento, amplius ex-
heredatus esse nequit. Cum vero tanquam filius heres sit ab in-
testato, si testamentum non adsit, quaerela vero inofficiosi rescis-
sum testamentum quoad heredis et institutionem et exhereda-
tionem amplius nullum sit, successioque intestata adsit; utique ve-
rius est, hunc iuste quoque exheredatum filium admittendum esse
ad



ad portionem tanquam intestatum hereditari. Neque obstare poterit, quod non integrum testamentum corruat ex Iustiniana lege, sed legata reliquaue testamenti capita seruentur. At, quo ad heredis institutionem quaeque ipsi opposita est, exheredationem, vim et obligationem necessario perdet rescissum testamentum. Iam ergo magis tanquam Codicillus considerandum hocce testamentum, ut ex eo legata fideicommissaque peti possint, at vero nunquam nec heredis institutio, nec exhereditatio Codicillis fieri poterit. Lege enim perfecta nouaque opus est, quo ei suum, quod ex antiquiori lege succedendi ius habet ab intestato, auferatur, quam legis vim nunquam Codicillus habebit.

T A N T V M.





Leipzig, Diss. 1766 A-G



TA-00







2806

1766, 29.

SPECIMEN
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
AN
IVSTE EXHEREDATVS FILIVS

SVCCE DAT
RESCISSO PATRIS TESTAMENTO
A FILIO ALTERO INIQVE EXHEREDATO

QVOD
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISEVVRG.
SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XI. OCTOBR. ANNO MDCCCLXVI.

DEFENDET
CAROLVS GOTTFRIED VETTER
DROCHA LVSAT.

LIPSIÆ
LITTERIS VIDVÆ LANGENHEMIAE.

